



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S.
Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum**

Potesta, Felice

Coloniæ, 1712

Cap. X. De nona clausula. Sollicitare, vel provocare tentaverint.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060

let ex parte sua confessionem simul et per
essentia signa externa sufficientia, ut adstantes
possint confessionem audiri, & Confessari-
us ex parte sua non det signa opposita, sed
signa simulationis mulieris permittat, habe-
at simulationem ex condito sufficientem ad onus
denuntiationis, si sollicitatio contingat,
num. 580.

CAPUT X.

De nona Clausula

Sollicitare, vel provocare tentaverint.

146 **H**ec clausula est satis explicata, cap.
4. à n. 498.

QUÆRES I.

147 Confessarius dixit penitenti verba
quædam provocativa ad inhonestam, penitens
audivit, vel quia distracta, & applicata ad pec-
catorum Confessionem, vel quia surdastra,
talia verba non audivit, aut non advertit;
quid Confessarius dignoscens, ea verba non re-
pente, sed est profectus Confessionem, totum
verbum factum intellexit, & percepit una mulier,
quæ proximo latere reperiebatur. An sit
denuntiandum?

Negat Bord. *cit. num. 15.* quia, ut peni-
tens dicatur sollicitata, debet habere
cognitionem verborum, aut signorum sol-
licitationis, vel provocationis ad inhonestam;
non enim persona dicitur sollicitata, quan-
do ad ea non advertit, cum actus sollicita-
tionis suam non habuerit influentiam in per-
sonam.

Resp. esse denuntiandum, ut violatorem
sequentis clausulæ, quatenus inhonestos ser-
mones cum penitente habuit. Tractatus e-
rit, & sermones inhonesti [ut fatetur ipse
Bord. *cit. n. 52.*] dupliciter contingere pos-
sunt, 1. Sine provocatione, 2. Cum provo-
catione ad actum inhonestum, sive inter se,

sive cum aliis perpetrandum, juxta *num. 501.*
& utroque modo est casus denuntiationis;
in presenti casu verba illa, licet ex defectu
influentiæ non habuerint rationem sermo-
nis inhonesti cum provocatione, habuerunt
tamen rationem sermonis inhonesti sine
provocatione, quod sufficit, ut casus com-
prehendatur sub 10. clausula, & inde sit de-
nuntiationis, *n. 500.* Tum quia de tali Con-
fessario male præsumitur cum aliis peniten-
tibus, atque inde habetur finis legis.

QUÆRES II.

548 Confessarius dixit in confessione pu-
ella verba sollicitationis, puella autem simplex,
quæ vim verborum ignorabat, nil mali tunc
cogitavit, sed post multum temporis marito
data cognovit, quod Confessarius inhonestam
voluerit, unde petuit ab alio Confessario. An
teneatur primum Confessarium denuntiare?

CAlium proponit Bord. *in man. Consult.*
sect. 25. à n. 79. & ferè habet, ut sequitur.

Respondit unus, non teneri. Alius eam ob-
ligatam esse dixit ad denuntiandum. Tertius
dixit: omnia delicta, tam publica, quam pri-
vata spatio viginti annorum præscribi, de
communi Farinac. *quæst. 10. nu. 1.* excepta
heresi, quæ nunquam præscribitur, ex eodem
num. 37. si ergo à die confessionis conjuncte
cum verbis sollicitatoris, usque ad cognitio-
nem virtutis illorum, transferant viginti an-
ni, non teneretur denuntiare; quia sola here-
sis non præscribitur, utique illius suspicio
procedens à delicto, quod non est formaliter
heresis.

549 Ego dico, puellam ad nihil teneri, quia
cum ignoravit tunc significationem, &
vim illorum verborum, sicut tunc non con-
traxit obligationem denuntiandi, quæ suppo-
nit notitiam illorum verborum; ita neque de-
inde contrahit in hoc casu, cum post multum

Nnnnn 2 tempo.

temporis venerit in cognitionem sensus illorum verborum, & sic sollicitatis tunc cognita non potest dici facta immediate ante, vel post confessionem.

Hæc Bord. v. num. 611.

CAPUT XI.

De decima Clausula

Aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint.

550 **S**ub his verbis comprehenduntur etiam sermones inhonesti sine provocatione, nam hæc clausula est distincta à priori: *Sollicitare, vel provocare tentaverint*, & additur cum particula disjunctiva *aut*: quod non esset verum, imò clausula hæc esset superflua, si solum comprehenderet sermones inhonestos cum provocatione, v. num. 528.

QUÆRES I.

551 **D**uo confessarii ita se habuerunt: unus proxime ad confessionem ante in somnum induxit feminam, quam sopitam cognovit, alter feminam, quæ confessionem petuit, non sui arte, sed proprio morbo somno sopitam cognovit. *An sint denunciandi?*

552 **S**ancius, & Trullench, apud Leandrum *tr. 5. de penit. disp. 3. qu. 33.* affirmant de primo, negant de secundo, quia ille est verè sollicitator, & provocator, iste verò est tantum fornicator, Bullæ autem sunt editæ, non contra Confessarios fornicantes proxime ad confessionem, sed contra sollicitantes.

553 **R**esp. utrumque esse denunciandum. Diana p. 10. *tr. 4. res. 43.* Leander *cit. primum*, quia verè sollicitavit, non verbo, sed opere feminam in confessione, aut proxime

ad confessionem, dum arte eam tunc ad finem induxit ob inhonestam, Secundum, quæ licet proprie non sollicitavit, sed provocavit, habuit tamen cum ea tractatum inhonestum, non verbo, sed opere, quod etiam quoque cum sit principalior effectus inhonestus, eodem rigore prohibetur per Bullam Greg. & licet in neutro casu mulier peccaverit, in utroque casu Confessarius iniquum intulit Sacramento.

QUÆRES II.

554 **A**n Confessarius pavorem de peccatorum christiane laudans sit denunciandus?

Negat Fecitas apud Dianam p. 4. *tr. 1. qu. 8.* quia mulierem de peccatorum laudare non est sermones inhonestos habere.

Alitmani Diana *cit. Peyr. Bonæ*, qui talis laudatio est graviter peccaminosa, nec est impertinens ad confessionem, homines di laudibus amantes solent mulieres tunc, & incitare ad amorem, unde non sunt verba honesta.

555 **R**esp. cum distinctione. Est denunciandus, si nullus appareat finis honestæ laudis; quia tunc habet locum ratio sollicitæ sententiæ. Non est denunciandus, si inhonestus appareat: v. gr. si mulier cogitanda de adulterio mariti, & Confessarius illi *Tibi facit injuriam, quæ es pavore peccatorum nimis, rubicunda, &c.* tunc enim verba specificantur à fine non turpi, & ornata sollicitatione ad inhonestam.

Quod si præfata verba laudis præstant à Confessario sine occasione, est denunciandus, quia tunc sunt impertinentia, & illicita. Diana p. 9. *tr. all. 9. res. 31.* qui in hoc sensu negat in p. 4. Idem tenent *Tanquetto. 4. de penit. q. 12.* & Bord. *cit. supra. p. 1. n. 59.* qui monet proinde mulieres, ut non sint sollicitæ ad denunciandum, quæ tunc